



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Abortus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Plato lib. 1.
de Rep. &
Tusculanus
in idyllo
ξ.

Equus ad præsepe religabatur, altero capite manu comprehenso, id cœperit pone trahere, quod quidem annulis fibulisque aliquot ferreis præditum, cum ingentem per viam strepitum cieret, faxeosque scrupulos quotquot incurfando ostendisset excitaret, perterrefacti repente Lupi, quasi vis magna canum incubuisset, præpropere fugam arripuerunt. Non præmittam super hac Lupi trepidatione, hominem à Lupo prævisum subito consternari, & vocem amittere, quod non ex Virgilio tantum, sed & ex Platone in Politicis habetur atque ita vice versa, si homo prius Lupum viderit, eum eadem pati.

INDEMNIS FUGA. CAP. VII.

De hoc sermo Plin.
lib. 8, c. 22.

Hominem in hostes illapsum, qui parva admodum jactura evasisset, ostendere si constituissent, Lupum extrema cauda glabrum facere consueverant: is enim agitatus à venatoribus, quasi conficius sibi amatorium virus exiguo ejus in se villo, ne captus humanæ omnino satisfaciatur voluntati, cum abjicit, ajunt enim non idem pollere, nisi viventi direptum,

TUTUS RECEPTUS. CAP. VIII.

Adagium.

Ensid. 1. 12.

Eum vero qui vel prædatum, vel in aciem progressus, moxore incumbente vi quam sustinere se posse consideret, se nulla accepta clade in tutum recepisset, indicare si vellent, currentem Lupum, cauda præcipue sub uterum immissa reductaque, proponebant. Summa enim Lupo calliditas in periculis declinandis, primumque illi studium fugæ sibi consulere, seq; sospitem sylvis reddere, unde *λυκος οὐ ποῖσ' ἀποδίδ'*, habetur in adagiis. Reducere vero caudam sub uterum, præcipuum est signum pavitantis. Quod cum Maro noster non ignoraret, ingenium ejus descripsit his versibus, quos recitare non pigeat.



At velut ille priusquam tela inimica sequantur, Conficius audacis salti, caudamq; remulcens
Continuo in montes sese avius abdidit altos Subjecit pavimentem utero, sylvæq; petivit.
Occiso pastore Lupus magnosq; juvenco,

ABORTUS. CAP. IX.

Lupi cum Equa diffidentia.

Sacerdotes iidem Aegyptii si mulierem abortientem indicare vellent, picturam eam instituerant, qua Lupus ab Equa calcibus impeteretur, vel aliquo modo calcaretur: propterea quod persuasum habebatur, ita ea inter sonatura distidere animalia, ut prægans Equa, si Lupum tetigisset, statim abortum faceret, neq; hoc effici de tactu solum, verum etiam si vestigium tantum illius præfisset, tantam inesse Lupo veneficii vim, ut omnino abortiret.

AB INFORTUNIIS POTENTIOR. CAP. X.

E. vi & Lupi diffensio.

Longe vero diversum illud, quod hominem ex infortuniis calamitatibusq; beatiorem, potentiorremque factum significare si vellent, Equum, in cuius clunes Lupus morsum infixisset, effingere consueverunt: ferunt enim Equos, quibus dimicatio cum Lupis fuerit, præstantiores reddi. Eos Græci *λυκοσπιδας*, nos vulsilupos dicere possumus: non ea quidem de causa, quam nonnulli commenti sunt, ita eos, à franatis Lupis, utpote animosis & ferocibus appellatos, sed quia multorum experimento compertum est, pullos qui cum Lupo certarint, evaserintque in bonos & velocipedes mox evadere: hujusmodi enim eventus Equos & animosiores & perniciores reddi: imo quia & animosi & agiles fuerint, effugerunt: factoque ita in feris periculo solemus eos approbare, idque omnium consensu receptum. Qui tamen ab injuria ita ferox evadit, longè ignavior fit natura secreta quodam, si, ut Pamphilus lib. Rerum naturalium tradit: Lupi vestigium calcarit: tunc enim ait, eum cruribus obtorpescere. Quinetiam tanta est illi cum Equo natura diffensio, ut eum quamcumlibet ferocem & generosum, vel mortuus & terra conditus absterreat; inventique sunt hodie qui